

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VII. Quæ expensæ, quæue damna ex communibus bonis societatis solui
debent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

& lucrum determinatum comparat. Quod cetera ratione contracta sententia est, neque societati officit. Si enim contracta societate posset conferens pecuniam cum altero tercio conuenire de cedendo lucro, quod euentum sperat in ipsum ea conditione, ut ab ipso securitate fortis cum moderato lucro acciperet. Cur ergo non poterit hanc conuenientem cum ipso socio praeferre? Hæc ratio convincit hunc contractum nos solum ex interculo post initam societatem, sed etiam in ipsa societate perfici, ut praetitati Doctores supponunt aduersus Caet. tract. 17. reip. cap. 11., qui hunc contractum celebratum ex interculo post initam societatem approbat, reprobat vero celebratum in societatis creatione. Nam ratio honestandi hunc contractum, quæ est cesso abundantioris lucri probabilitas sperari pro securitate fortis cum moderato lucro oꝝ post initam societatem, a quando ipsa creatur procedit.

- 4 Neque virginis contrariae partis rationes. Ad primum dictum non intendere ex vi contractus societatis, forem habere securam, & determinatum lucrum, sed ex alio contractu in nominato qui contractui societatis ex initio contractum consenserit. Ad secundum nego conferentem pecuniam reiecto in locum periculi illius cœfendum esse mutuare: cum non transferat in accipientem dominium, sicut non transfertur in conductorem, aut commodatarium qui rei locat, aut conducta periculum in se suscipit. cap. vñ. de comm. atq. & leg. 1. Digest. depositi. Etenim pecunia mutuata liberè mutuatarum vti potest, ut pecunia in societatem collata erit, polita securitas nequit locutus illa vti nisi in negotiationem. Neque tefit quid inde accipiens pecuniam magis grauerit, quia grauatur voluntarie, & ex natura contractus societatis. Ad tertium nego aperiti oſtum vñfis, sed viam ostendit, quia sua pecunia lucrum aliquod honeste comparare posset, tametsi cum aliquo periculo, nam esto mercator securitatem de capitali, & lucro certo praeflens, plerunque fortuna illos inopes reddit, & soliendo ineptos, vt latius prosequitur Leſſius, qui hanc questionem præceteris doctius pertractat.

P V N C T V M VI.

Num supradicta seruari possint in societate
super animalibus inita?

- 1 Diversimode super animalibus societas initur.
- 2 Aut licitus sit contractus, si periculum in accipientem animalia reicias, ipseque tibi obligetur astimationem solvere, & si lucrum intercesserit communicare. Resolvitur licitum esse.

Constat super animalibus diversimode societatem iniiri. Interdum ipsa pecora simul cum fructibus & prouenientibus communia faci apponunt industria in eorum pastu. & gubernatione. Quo casu detinente virique communia erunt. Interdum solum emolumens, & fructus, ad detrimentum communicate intendis, dominum vero animalium eorumque periculum, ac casus fortuiti tibi referantur. Interdum vero haec animalia tradis astimatione post annum vendenda. Tum vt si forte interim perierint culpa accipientis, sciat quantum debeat restituere. Tum vt eorum astimationem & premium quæ tempore traditionis habebant prima extrahas ex eorum fructibus, vel ex pecorum venditione, reliquis emolumens cum socio communicatis. Hic contractus absque dubio licitus erit, si pecora vni periculo subiunguntur, neque accipiens tenetur illorum astimationem supplere, si ab eius culpa fuerint deteriora redditia. Sicut docuit Sylvest. verbo societas. 2.9.2. Armilla num. 14. Nauarr. cap. 17. numero 26. Rebello. 2.p. de obligat. lib. 15.9.6. num. 6. Mol. tract. 2. disp. 42. circa fin. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. capit. 7. 8. 19. Conrad. de contract. quæf. 9.1. Bartholom. à Medin. in sum. lib. 1. cap. 14. §. 27. Rebello. 2.p. lib. 1. 3. quæf. 6. num. 7. Dicuntur qui perinde est ac si ea pecora tunc vendentes, & illorum premium socio trahentes sub obligatione lucri solvendi, sed rectius hanc contractum ab inquirante defendunt Petri. Nauar. lib. 3. de restit. cap. 2. num. 475. Molin. disput. 50.1. Leſſius lib. 2. cap. 2.5. dub. 1. in fine. Layman. dict. capit. 20. numero 4. Si enim lucri sumuri, quam accipientes pecora concedis æquivaler affectuationi, labori, industria, aliisque operibus ab accipiente præfatis, vti æquivalere potest, nulla est radix unde iniustitia oriſt possit. Neque verum est zo in contractu mutuum interuenire, cum dominium pecorum non transeat in accipientem, sed illa potest tanquam propria

- 2 Difficultas autem est, si periculum & casum fortuitum in accipiente reicias, ipseque tibi obligetur in quocumque euentu astimationem pecorum præfitem solvere communicare lucro, & emolumento quod superfluebat, an hic contractus licet? Negare videuntur S. Antonin. 2. p. tit. 1. capit. 7. 8. 19. Conrad. de contract. quæf. 9.1. Bartholom. à Medin. in sum. lib. 1. cap. 14. §. 27. Rebello. 2.p. lib. 1. 3. quæf. 6. num. 7. Dicuntur qui perinde est ac si ea pecora tunc vendentes, & illorum premium socio trahentes sub obligatione lucri solvendi, sed rectius hanc contractum ab inquirante defendunt Petri. Nauar. lib. 3. de restit. cap. 2. num. 475. Molin. disput. 50.1. Leſſius lib. 2. cap. 2.5. dub. 1. in fine. Layman. dict. capit. 20. numero 4. Si enim lucri sumuri, quam accipientes pecora concedis æquivaler affectuationi, labori, industria, aliisque operibus ab accipiente præfatis, vti æquivalere potest, nulla est radix unde iniustitia oriſt possit. Neque verum est zo in contractu mutuum interuenire, cum dominium pecorum non transeat in accipientem, sed illa potest tanquam propria

vendicare, & suo tempore repetere, neque accipiens valeret ea pro libito distrahere.

Hinc inferre potes licitum esse posse illum contractum, quo rufico trahere pecora custodienda sub obligatione, ut ea integra haberet, & loco demortuorum alia substituere, designata ipsi ex fructibus congrua portione, que tum laborem, tum præfatae obligationi æquivaleret. Sic ut bene notauerit Mol. & Laym. loc. cit.

P V N C T V M VII.

Quæ expensæ, quædam ex communib[us] bonis societatis solvi debent?

- 1 Expensæ ex communib[us] bonis extrahi debent.
- 2 An integræ expensæ ex communib[us] bonis solvenda sint, ut vero deradu[is] iis quas domi infunxeris?
- 3 An pro consuendis, & vendendis mercibus, lucro acquirendo si non suppetant bona societatis debet petere initio ab amico, vel proprio expendere? Digestus.
- 4 Damna: quæ causa societatis tibi contingit inter annos scilicet resarciri debent.
- 5 Si damnum occasione societatis tibi non obveniat, non tenetur socij reparare.
- 6 Idem quod dictum est de damnis & expensis dicendum est de debitis contractu.
- 7 Superiora procedunt in iusto societatis contractu, sed si alter conuenient, si illud feruandum.

Q uod attinet ad expensas, quæ insumpsum fuisse in remendis mercibus, custodiendis, conservandis, vendendis &c. ex communib[us] bonis extrahi debent, cum hoc direxisti in bonum societatis expensæ fuerint. Vnde ea que socius eisque famili extra propriam domum expendet in eis, & poti[us] deportatione hospitis, med. clementis, si forte infirmiter ex societatis bonis defuntere potest. Ut constat ex leg. cum dubiis §. damna §. & §. quæ ex socij. Digest. pro Socio. & leg. regia. 16. iii. 10. par. 3.

Sed an integræ expensæ ex communib[us] bonis solvenda sint, ut vero deradu[is] iis quas domi infunxeris? Variant Doctores. Nam Sylvest. verbo societas. 1.9.12. Angel. n.11. Armilla n.10. Major 4.d. 15.9.47 Rebello. lib. 15.9.7.0.1. affirmavimus parem tuerintur, quia expensæ alia domi faciendas, si negotiatio non incumbens debet ex propriis expendere. Ergo initia societate debet hoc onus in locis rebus, cum non sit sumptus causa societatis præliti, sed alia domi negotiatio non incumbens possit sumptus ex communib[us] bonis decerpere, quod nullus admittit.

Nihilo minus contraria lenteam non improbabiliter affirment Nauar. 1. 17. num. 2. 8.3. Molin. disp. 418. Leſſius. 2. dub. 4.n. 35. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. 6.20. §. 5.2a, verbo societas. n.4. Moueors, quia lex. cum dubiis §. quidam sagittariam, lex si frater. §. si quis ex socij. lex secundum lat. ann. Digest. pro Socio. & lex. 16. iii. 10. par. 5. expelsi eis cauent locio ad negotiacionem extra domicilium proficiunt expensas ex bonis societatis solvendas esse, superius autem est letarium legum decifio, si solum expensas cauta societatis tantum factas leges intelligenter, haec enim erit, negotiando domi solvi debent. Quapropter credendum est ob incommode-tem itineris leges concessisse has expensas vita id quod alias debitum erat.

Sed an pro consuendis, & vendendis mercibus, lucro acquirendo, cum non suppetant bona societatis, debet petere mutuo ab amico, vel proprio expendere? Doctores non conuenient. Dicendum tamen est pro lucio præcisæ acquirendo nequit ex charitate, neque ex iustitia te esse obligatum, non enim teneris proximi lucrum querere tuorum bonorum iactura. Neque contractus societatis obligat negotiacionis incumbere per alia bona quam que in societate contributæ sunt. Ut aduerterit Rebello. lib. 15. q.7. n.8. Pro domino vero vitando, quod times probabilitas euincimus, nisi prius, aut mutuo acceptis aliquid infunxeris, si id lege est, & facilè præstare potes ab his dubio obligaris ex charitate, haec enim te obligat alienum damnum graue vitare, cum facta est polis. Ut docuit Rebello. supra. Ex iustitia autem negat ipse Rebello. te teneri, quia obligatio iustitia ex contractu nascitur. At contractus societatis non videatur obligare factos bono, societatis confundere mutuum petendo, ut bona propria expendendo. Sed rectius id affirmat Mol. disp. 418. pof. med. Leſſius cap. 2.5. dub. 2.5. num. 3.6. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 20. num. 5. quia ex vi societatis teneris diligenter præstare in bonis societatis confundis, & expendendis, quam quilibet cordatus in suis bonis propriis exhibet, alias conferunt tua culpa saltem leui pertinet. At quilibet cordatus, vt grauam bonorum priorum iacturam vitaret, sustinenter mutui petitionem, se

alium

Disputatio VIII.

aliorum honorum levium iacturam, maximè si conscient est, fer ea sic impensa recuperatum fore. Ergo eadem obligatio teneat socius comparatione honorum societatis.

Verum esto nullam utilitatem obligationem haberes, si tamen pro domino existando, vel lucro acquirendo prudenter aliquid ex propriis vel ab aliis mutuum acceptis expendis, posses illud actione negotiorum gestorum à bonis societatis recuperare, quia nulliter negotiorum societatis gesisti. Ut bene Mol. notat disp. 418. post med.

4 Quodamdam attinet: omnia illa que in propria persona, & suorum, & in propriis bonis contingere causa societatis formaliter, & die contribuere in eorum reparacionem alijs socii debent. Unde si à latronibus spoliatus es, vulneratus, capitus datus &c. debet socii ac si datus illud omnibus effettum reparare, dummodo nullius culpa reus fueris: vii aduentor M... d. disp. 418. Lessius cap. 25. dub. 4. Rebello lib. 15. quaest. 7. num. 4. Sicutem autem si latrones diripiunt domum non perit, quia ea conditione censetur in societatis confert, ut periculum illius non aliis domino cedat. Ut inquit Rebello. thi.

5 *Ex causa societatis formaliter*, & diversè: nam si non occasione societatis aliquod ex superadditis tibi, tuaque familia, & bonis damnum obueniat, non tenentur socii ad illius causam contribuere. Non enim si occasione negoti actionis rixarum fuisti, & vulneratus, aut ab antiquo inimico in itinere occisus, aut quia absens fuisti hæres non institutus, debent socii compensationem praestare, quia haec damna non ex societate formaliter, sed ex rixa, antiquaque inimicitia, frigidaque reffectoria voluntate procederunt. Sicuti testatur Syllvestr. verb. societatis. num. 9. Batt. in leg. Socij & Societatis. ff. pro Socio, & ibi Gloss. Rebello. quaest. 7. num. 4. Lessius, dub. 4. n. 37. Molin. disp. 42. Neque probandum censio quod inquit Rebello, si depræderis ab inimico obligatos esse socios ad compensationem. Nam esto ex tua culpa deprædatio non pronenerit per se, sufficit tamen quod occasione illius ex malitia cui adulterari prouenerit. Socii autem non videtur astringi ad damnam sociorum compensandam, quæ precipue ex alio capite quam ex societate promantur.

Ouz dicta sunt de damnis, & expensis occasione societatis factis dicenda sunt de debitis, si causa societatis contracta fuerint. Et enim debita quæ tempore divisionis debentur ex bonis communibus ante omnem divisionem soluenda sunt, bona enim sociorum non sunt nisi aet. aene deductio. Sicuti constat ex leg. as. lib. 10. ff. pro Socio. & leg. curiom. Cod. familiæ encyclopediæ. & leg. sive ff. communis dividendo, & leg. regia. 16. tit. 10. p. 1. Si vero tempore solutionis nondum adveniret obligatus solutioni accipiet a singulis sociis cautionem, quod debito tempore ad solutionem concurrent, quod cautione facta diuisio bonorum societatis facienda est. Ut constat ex for. dicitur legibus, & aduentor Gregor. Lop. in dileg. regla 16. Quod si socii fini à societate capitate quod conculpi peccatum dendum illi est iuxta prescriptum leg. regia 2. & s. cit. 2. lib. 4. nosce collat. nisi obligatus socius probaruerit aliquid fortis diminutum absque culpa fuisset; non obstante quod rationes liquidatas non fuerint. Sicuti ex Socio tradit Gregor. Lopez. leg. regia 20. gloss. fin.

7 Ad extremitatem adiecte superiora procedere inspecto contracta societatis secundum lege & iuxta leges. At si alter conventionem sit illud secundum est, nisi aperte inaequitatem contineat. argum. leg. si non fuerint. ff. pro Socio. Et idem est si regionis confectudo aliud rescriberet. argum. leg. quod si nolite, & quia absurdum. Digest. de Aduilatio editio. & tradit. Gregor. Lopez d. leg. regia. 10. Molin. Rebello. Lessius Layman. loc. cit.

PVNCTVM VIII.

Ex qua culpa teneatur socius damnum aliis sociis obueniens refacere, & an possit plures societates inire?

- 1 Ex culpa lata, & leui, non autem ex levissima socius tenetur.
- 2 Secundum societatem potes inire dummodo priori non praedit.
- 3 Si patitur fuisti: aliam societatem non contrahere, ab ea abstine debes.
- 4 Si societati renuntiatur intertempore teneris sociis compensatione quanti sua interterat non esse societati renuntiatur.

8 Constat ex pun. 1. disp. 1. huius tract. ex culpa lata, & leui, non autem ex levissima socium aliis sociis damnum facientem obligatum esse. Nam cum hic contractus in propriam, & alienam utilitatem ordinetur, exigit eam adhibere diligentiam, ut qualibet culpa etiam leui excludatur; ut constat ex S. coll. inst. de societ. & leg. cum duabus leg. non obser. Ferdinand. Castro de Iust. & Iure. Pars 12.

Punet. VIII. & IX.

365

etiamdem. & leg. societatis. ff. pro Socio. Conferbatur autem socius eam culpam excludere, cum eam diligenter adhibuerit in bonis societatis conferuandis, & promovendis, quam inspecto lugionio, & conditions in propriis rebus conferuandis adhibetur. Ut colligitur ex dictate leg. societatis, & tradit. Bart. communique sententia. Hinc sit, si negligenter bona societatis administrari te obligatum esse ex propriis societatis restituere quantum eis invenierat dicit generis eius bona misistrata esse. Deinde si prodigi, & superflue ut in conuivis, & comeditionibus societatis expenderes, non solum obligaris ea ex propriis restituere, sed quantum ex eis bene impensis lucrum comparare societas poterat. Sicuti notat Mol. tract. 1. disp. 419. in fine.

Quod secundum attinet, si secunda societas priori non praediuit, neque in priori societatis creatione te obligasti à noua societate contrahenda abstinerere, nullam culpam committens nouam societatem contrahens, sicuti non peccat famulus alia obsequia praefans quæ suo domino non praedicant: sola enim concuento, vel priori societatis praediuitatio obstat poterat noua societatis creationi, ut ex omnium sententia tradit Mol. tract. 2. disp. 419. conclus. 1. Rebello. 2. p. oblig. infib. 15. q. 3. num. 4.

Si vero obligatus fuisti à qualibet alia societate abstinerere, & non obstante praedito pacto nouam contrahis, peccas utpote pauci iusti violator, punirique merito potes, & obligari eam dislocare, vel saltem compenfare alios socios quantum sua interterat non esse contractam. Sicuti adiurit Mol. dicit. disp. 419. conclus. 2. Quomodo esto non promiseris à noua societate abstinerere, si tamen secunda societas priori praediuit, manefactum est te obligatum esse compensare priori societati quantum sua interterat non esse secundam contractam, cum in contractu priori in iuris interrogatur, & ius illi quantum laudatur.

Ad idem est, si contracta societati intertempore renuntiatur, hoc est antequam negotium ad quod iustitia fuit perfectum esset, vel terminus societati appositus adveniret, tenetis tanè alii socii compensare quanti sua interterat non esse societari renuntiatur, præterquam quod ipsa renuntiatio nulla est, utpote invita. Luctorum tamen, si quæ post dictam renuntiacionem alii loci comparaverint, participes esse non potes, cum abhuc eav'a societatis, euilque emolumenta voluntari cesserint. Ut constat ex leg. actione, leg. si renuntiatur. ff. pro Socio. Quod intelligere debes, cum societati haec renuntiatio intertempore danuosa est, nam si societati utilis fuerit tametsi alii sociorum nocua, subficta renuntiatio, neque illa compensationis obligatio est. Ut colligitur ex leg. actione, s. diximus, ff. pro Socio. & tradit. Gregor. Lopez. leg. 11. titul. 10. part. 5. Gutierrez. de iuram. 2. p. cap. 58. num. 8.

PVNCTVM IX.

An inter patrem, & filium sub eius potestate constitutum, & cum populo, vel minore contrafici societas possit?

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
- 2 Inter patrem, & filium vera societas iniri potest.
- 3 Cum minore absque auctoritate curatoris vera societas contrabri non potest, secum si curatoris auctoritas accedit.

Ratio difficultatis, quare inter patrem, & filium contrafici non potest. Nam illo verum sit ad patrem pertinere quia filius pecunia, bonisque parentis lucratus fuerit, si tamen intelligendum est, cum non est alter concursum, & profectionum, facta enim conventione, & profectione dominium acquisitorum filius comparat, tam est filius fructus patri adiudicetur. Ut colligitur ex Nauart. c. 17. n. 144. & 148. Gama, dicit. 110. n. 17. Rebello. lib. 15. q. 4. lib. 2. & fauet lex cum oportet Cod. de bonis qua liberis. dicens. Alioqui filii iugebunt quia sine laboribus sibi possessa sunt ad alios transferenda sufficientia.

Cum minore autem absque auctoritate curatoris contrabri non potest validia societas, cum non teneat stari contrafici, leg. in conductionibus. Digest. pro Socio. Si autem ipse vellet ratam societatem habere, quatenus in sui utilitatem cedit, aliis resiliere non poterit: auctoritate autem curatoris bene potest cum minore societas contrabri, tametsi conceditur minori restitutio in integrum; si tamen creat onus laicum & societas. Ut aduentor Gregor. Lopez. leg. xiii. 10. part. 5. gloss. fin. & Rebello. d. q. vte. num. 3. & condecent que latius dixi disp. 1. huius tract. pun. 1. & seq.

Hb. 3 PVN